Morbio 26 (40).

PIUS eps Servus servor dei Dilecto filio Cesari de Cabiate fri domus sanctor Petri et Pauli de Caravagio ordinis Humiliator Cremonen dioc

Salt et aplicam ben Religionis zelus vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut illa tibi favorabiliter concedamus que tuis comoditatibus fore conspicimus opportuna Cum itaque hodie tu qui nuper etiam tunc in Vigesimosecundo tue etatis Anno ut asserebas constituto de Prepositura domus sancti Olderici Papien ordinis Humiliator tunc per liberam resignationem dilecti filij Pompei de Cabiate ipius domus Prepositi de illa quam etiam tunc obtinebat per certum procurem suum ad id ab eo spealr constitutum in manibus nris sponte factam et per nos admissam apud sedem aplicam vacante sub dat videlicet Quarto Idus Decembris Pontus nri Anno Primo provideri ac tecum ut illam extunc recipere et retinere valeres dispensari concesseramus concessioni gre hmoi lris aplicis desuper non confectis etiam per certum procurem tuum ad id a te spealr constitutum in eisdem manibus sponte et libere cesseris nosque cessionem hmoi admittentes de Prepositura predicta adhuc tunc ut prefertur vacante et antea dispoi aplice reservata prefato Pompeio per alias nras lras providerimus prout in illis plenius continetur Nos tibi asserenti te de vere nobili gne procreatum et ordinem prefatum in domo sanctor Petri et Pauli de Caravagio dicti ordinis Cremonen dioc expresse professum ac adhuc in eodem Anno constitutum existere ne ex cessione hmoi nimium dispendium patiaris de alicuius subventionis auxilio providere ac premissor meritor tuor intuitu spealem gram facere volentes Teque a quibusuis excois suspensionis et interdicti aliisque ecclasticis sententijs censuris et penis a iure vel ab hoie quavis occone vel causa latis siquibus qmolt innodatus existis ad effectum ptium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes Tibi qd dicto Pompeio cedente etiam ex causa permutationis vel decedente aut dictam preposituram als qmolt dimittente vel etiam per privationem amittente et illa quovismodo etiam apud sedem aplicam vacante liceat tibi ad dictam preposituram que conventualis existit et cuius et illi forsan annexor fructus redditus et proventus Octuaginta ducator auri de camera secundum com extimationem valorem annuum ut etiam asseris non excedunt etiam si ad illam consueverit quis per electionem assumi cuique cura etiam iurisdictionalis immineat aiar vigore ptium quas vim valide et efficacis provisionis tibi de illa exnunc prout extunc et econtra aplica auctte facte obtinere decernimus liberum habere accessum et ingressum illiusque corporalem possessionem per te vel alium seu alios propria auctte prestito tamen prius a te fidelitatis debite solito iuramento iuxta formam quam sub bulla nra mittimus introclusam libere apprehendere et absque alia tibi desuper facienda provisione retinere aplica auctte predicta tenore ptium de speali gra indulgemus Decernentes te cumprimum in eventum accessus et ingressus hmoi possessionem Prepositure predicte fueris vigore ptium pacifice assecutus de domo de Caravagio predicta ad eandem domum sancti Olderici aplica auctte predicta transferendum teque inibi ~~[illegible]~~ in fratrem recipiendum et sincera in dno charitate tractandum esse necnon exnunc irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctte scienter vel ignoranter contigerit attemptari Non obstantibus constitutionibus et ordinationib aplicis ac domor et ordinis predictor iuramento confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegijs quoque indultis et lris aplicis eisdem domibus et ordini ac dilectis filijs Magro generali ordinis et Conventui domus sancti Olderici predictis aliisque superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusuis etiam derogatoriar derogatorijs aliisque efficacioribus et insolitis clis irritantibusque et alijs decretis etiam Motuproprio et ex certa scientia ac de aplice ptatis plenitudine quavis consideratione et ex quibusuis causis etiam iteratis vicibus concessis approbatis et innovatis illis presertim quibus inter alia caveri dicitur expresse qd ipius ordinis Prepositure nonnisi per ipsum Magrum generalem et non ad vitam sed ad Biennium seu aliud certum tpus conferri possint ac qd collones et quevis alie dispones de illis als etiam per ~~[illegible]~~ Romanos Pontifices facte nullius sint roboris vel momenti quodque Prepositurias prefatas pro tpre obtinentes ad nutum dicti Magri generalis ab illis amoveri possint ac qd eisdem privilegijs et indultis etiam per quascumque etiam derogatoriar derogatorias efficaciores et insolitas clas nullatenus derogari possit aut derogatum censeatur nisi illor toto tenore inserto et als certis in illis expressis modo et forma observatis quibus omnibus illor tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent ptibus pro sufficienter expressis habentes illis als in suo robore permansuris hac vice dumtaxat spealr et expresse derogamus contrarijs quibuscumque Aut si pro alijs vel alijs in dicta domo sancti Olderici scripta aplica forsan sint directa seu si aliqui super provisionib sibi faciendis de Prepositurijs hmoi spealr vel alijs beneficijs ecclasticis in illis partibus generales dicte sedis vel Legator eius lras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel als qmolt sit processum Quibus omnibus te in assecutione dicte Prepositure volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Prepositurar vel beneficior alior preiudicium generari Seu si venerabili fri nro Epo Papien ac prefatis Magro et Conventui vel quibusuis alijs coiter vel divisim ab eadem sit sede indultum qd ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de Prepositurijs hmoi vel alijs beneficijs ecclasticis ad eor collonem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam disponem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per lras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmoi mentionem Et qualt alia dicte sedis indulgentia generali vel speali cuiuscumque tenoris existat per quam ptibus non expressam vel totalr non insertam effectus hmoi gre impediri valeat qmolt vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nris lris mentio spealis Nos enim tecum ut in eventum accessus et ingressus hmoi si tunc ad etatem legitimam nondum perveneris Preposituram ipam vigore ptium recipere et retinere libere et licite valeas defectu etatis hmoi quem tunc pateris ac Lateranen Concilij Et quibusuis alijs constitutionibus et ordinationibus aplicis ac etiam ut prefertur roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus auctte et tenore premissis de speali dono gre dispensamus Proviso qd Prepositura predicta debitis propterea non fraudetur obsequijs et animarum cura in ea siqua illi immineat nullatenus negligatur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre absolutionis indulti decreti derogationis voluntatis et dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beator Petri et Pauli Aplor eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dnice Millesimoquingentesimosexagesimoprimo Quarto Id Aprilis Pontus nri Anno Secundo

Ho
X
Io. Barengus
I. Anaya.

[illegible]

Io. Gynnus
Io. Ang. [illegible]
Io. Bap. [illegible]

Theod de palude p an solt in ge et obt se
Io. Ant. [illegible]
Henricus de Turchis p an sol in gne et obt se
M. [illegible]

Car. Birlall. p an sol in pro et obt se
Res. lra
Io. Ab. Guana p An. sol in pro et obt se

Ja mats pro an Solvit in provisione et ob se
B. Beltrandus

Aine X X tus V

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872338275-14/fragment/page=0001

1561 28/III

Anno Incar^{is} D. Mccccc Lx Die x Decemb. R^{tus} Pompeius
p Jo. Ant^{m} de B^{to} pet^{o} penrem sun Desig^{m} et litras exped.
Cons^{it} Im.

Anno Incar^{is} eiusd. Mccccc Lxi Die Nona Septemb. R^{t}
Caesar et Pompeius p eund. penrem Cess^{m} et Indulto ac litras
exped^{m} Consrunt.

Pro Jo. Bap^{ta} Doria Jo. Bap^{ta} Bianus

n° 1

Morbio 26 (40)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872338275-14/fragment/page=0002